



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio quarta. Vtrum baptismus debeat fieri in aqua.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

### Magistri Durandi de

16. Tenendū est ergo & ester verus baptismus si plures baptizarent dicendo, nos baptizamus te, &c.

17. AD Rationes in oppositum dicendum & plurimum agentium sunt plures actiones quando quolibet agit in subiectum distinctum. Quando vero plura agunt simul in unum subiectum, tunc est una actio tantum, ut patet de duabus trahentibus naeum vnam. Et idem est de duobus baptizantibus vnum & eundem.

18. Ad secundum dicendum & secundum generationē carnalem plures non possunt simul concurre ad generandum eundem. Et ideo secundum talem generationem aliquis non potest habere plures patres, sed secundum regenerationem spiritualem plures possunt concurre ad generandum vnum & eundem. Nec oportet quod sit per omnia similitudo hinc & inde.

19. AD Argumenta similiter alterius partis patet responso ex dictis in corpore solutionis.

Q Y A S T I O Q Y A R T A.

Vtrum baptismus debet fieri in aqua.

Tho. 3. q. 66. ar. 3.

D einde queritur de materia baptismi, Vtrum baptismus debet fieri in aqua: & videtur quod non, quia per baptismum conformamur sepulture Christi, sicut dicitur Rom. 6. Concepuli enim sumus cum illo per baptismum in mortem, sed sepulta Christi non fuit in aqua, sed in terra, ergo baptismus non debet fieri in aqua, sed in terra.

2. Item similes effectus sunt a similibus causis, sed baptismus & circuncisso habent similem effectum, ergo debet confidere in similibus rebus, sed circuncisso non fiebat in aqua, ergo nec baptismus.

3. IN Contrarium est quod dicitur Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest intrare in regnum Dei.

4. R E S P O N S I O. Videnda sunt duo. Primum est an baptismus debet fieri in aqua. Secundum est de modo an scilicet debet fieri per immersionem, an aspersione, an superinfusione.

5. Quantu[m] ad primum sciendum & principalis causa quare baptismus fiat in aqua, est diuina institutio sicut in omnibus aliis quae essentia[li]ter pertinent ad sacramentum. Potest tamen triples ratio assignari congruentie, quare aqua sit conuenientia materia baptismi. Prima ex eo quod baptismus est remedium contra origine peccatum. Secunda ex eo quod est primū sacramētū. Tertia ex eo quod est sacramentum maximē necessarium.

6. Prima ratio talis est: illa est conuenientissima materia sacramenti, que habet conuenientiam maximam in efficiencia sacramenti, sed aqua habet maximā conuenientiam cum effectu baptismi, ergo &c. Maior patet: quia sacramēta ex similitudine representat secundum Hug. lib. de Sac. Minor probatur, quia effectus baptismi est ablutiō originale: lis peccati, & refrigeratio fomitis seu mitigatio. His autē duobus effectibus maximē conuenit aqua ratione duarū qualitatū quas habet, quae sunt humiditas & frigiditas, ratione humiditatis est maximē ablutiō. Et hoc representat ablutio originalis peccati: ratione frigiditatis est caloris extinctio vel mitigatio, & per hoc representat mitigationem fomitis, quare &c.

7. Ex secundo ratio sumitur talis, per baptismum regeneramus ad esse spirituale sicut per generationem carnalem accipimus esse carnale. Ex hoc sic arguitur: regeneratio debet correspondere generationi, sed ad generationem viuentium maximē conferri aqua materialiter, ut patet ex 17. de Animalibus, ergo ad generationem spiritualem requiriatur aqua ut materia.

8. Ex tertio sumitur talis ratio: in sacramento maxime necessitas debet materia maximē esse communis ne aliquem excusat inopia, sed baptismus est sacramentum maxime necessitas cum sit remedium parvulorum qui sibi subuenire non possunt, aqua autem est maxime communitatis. Inuenitur enim ubiq[ue] & quasi pro nihilo, ergo aqua est conuenientissima materia baptismi, dico autem de aqua elementari quae solum est aqua proprie[ti]tate. In aliis autem aquis que non habent naturam neq[ue] speciem aquae elementaris non potest fieri baptismus, ut sunt aquae factae per sublimationem seu subtiliationem, ut rosacea

### Sancto Porciano

vel quæcumque alia simili modo facta. Et aliae que dicuntur aquæ licet secundum veritatem sint humores à mistis corporibus effluentibus, ut lachryma viris vel quicunque aliis humor resolutus ab arboribus vel aliis corporibus mistis.

9. Quantum ad secundum dicendum est quod de nomine baptismi non est p[ro]p[ter]e fieri per immersionem, sed potest fieri per aspersione, vel superinfusione. Congruentius tamen fit per immersionem, & per trinam magis quam per simplicem. Primum patet, quia cum baptismus secundum nomen suum sit quedam ablutiō (vnde & sic dicitur per Magistrum in litera) illud est solum in sacramento de necessitate baptismi quod est de necessitate ablutionis, sed de necessitate ablutionis non est quod fiat immersando, imo potest fieri aspergendo vel superinfundendo, ergo &c. Ex scriptura etiam patet quod in primis ecclesiis, datus est baptismus per aspersione, quia quandoque in uno die baptizati sunt tria milia, ut habetur Act. 2. quod non potuit fieri per paucos homines, ut erat Apollonius, si factum fuisset per custulus immersio[n]em. Secundum patet, quia per baptismina conformamur sepulture Christi, ut dictum fuit. Ex quo etiam prouentur nobis plena remissio peccatorum, ut infra patet, sed haec conformitas magis est per immersionem quam per aspersione, & magis per trinam quam per simplicem propter triduum sepulture Christi, ergo cōgruentius est quod baptismus fiat per trinam immersio[n]em quam aīo modo. In his tamen seruandis est mos ecclesiæ, sicut dicit Gregorius & habetur de conf. di. 4. cap. de trina immersione. Canones autem qui inducent trinam immersio[n]em fieri, sicut ille de conf. di. 4. si quis presbyter. & si qui alii sunt confimiles non respiciunt id quod est de necessitate sacramenti: sed illud quod est de consuetudine loci, vel de cōgruitate extrinsecis representationis. Canon autem qui precipit simplicem fieri, ut est ille qui habetur de conf. di. 4. propter virandum, &c. similiiter non dicit quod est de necessitate sacramenti, sed damnat errorem illorum qui dicunt quod necessarium est fieri trinam unde dicit sic: propter virandum schismatis scandalum, vel hereticis dogmatis vnum simplicem teneamus baptismi immersio[n]em. Ad argumenta.

10. Ad primum dicendum & representatio sepulture Christi non est de necessitate sacramenti, sed solum de congruitate, cum sit res extrinseca, & non contenta: significatio enim sacramentorum per se respicit effectum contentum, cui magis in baptismino responderet aqua quam terra.

11. Ad secundum dicendum quod negat circuncisso, negat baptismus conuenient in hoc & tollant origine peccatum ex naturali virtute ipsarum rerum, sed in quantum significat aliquid spirituale, in qua significatio cōvenient aqua baptismi cum instrumento circuncisionis, quia per quem sit alius ablatio, per instrumentum quidem circuncisionis ablatio praepedit superflui: per aquam vero sordidum corporis ablatio, per quoniam utrumque significatur sufficiens ablatio originalis peccati.

Sententia huius distinctionis. IIII.  
in generali & speciali.

H ec dicendum est. Superiorius determinauit Magister de Sacramento baptismi, quantum ad ea que conuenient ei secundum se. Hic vero determinat de effectu baptismi per comparationem ad suscipientes. Et diuiditur in duas partes. Primo enim determinat de effectu baptismi, quantum ad omnes. Secundo specialiter, quantum ad parvulos, ibi, solet etiam queri si parvulus. Prima in tres diuiditur. Primo ostendit quomodo quidam recipiunt sacramentum & rem sacramenti. Secundo quomodo quidam suscipiunt sacramentum, & non rem sacramenti. Tertio quomodo quidam rem, & non sacramentum. Secunda ibi, qui vero sine fide accedunt. Tertia ibi, sunt etiam alii, ut supra posuimus. Secunda itarū diuiditur in duas. Primo determinat veritatem. Secundo obicit in contraria, & solvit, ibi, videtur ramen dicere Aug. Ita vero pars sunt & alii, in qua ostendit quomodo quidam recipiunt rem